

cabis me : ecce in pace amaritudo mea amarissima.

Tu autem eruisti animam meam ut non periret : projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te ; non expectabunt, qui descendunt in lacum, veritatem tuam.

Vivens, vivens, ipse confitebitur tibi, sicut ego hodiè ; pater filiis notam faciet veritatem tuam.

Domine, salvum me fac : et psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini.

*Ant.* A porta inferi, erue, Domine, animam meam.

*Ant.* O vos omnes qui transitis per viam, attendite et videte ; si est dolor sicut dolor meus.

*Ps.* Laudate Dominum de cœlis, p. 45.

*Ant.* O vos, etc.

v. Caro mea requiescet.

r. Et non dabis sanctum tuum videre corruptionem.